



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 94. Quandonam licitum sit appellare à lege, vel supplicare contra illam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

JESU anno 1597. die 9. Augusti rescribens ad provinciam Venetam rejecit ut falsam: sed quidquid sit de Italia aut aliis etiam Provinciis, certum videtur, quod in Germania non obliget hodieum quoad aliqua, vel saltem non cum illo rigore, uti notant Laym. alique gravissimi recentiores in manuscriptis. Grotius l. 1. c. 3. à n. 8. conatur evincere, quod Reges habeant à populo absolutam potestatem leges ferendi & imperandi, nec ab eo vi coerceri possint, si potestate abutantur: quandonam autem licitum sit reluctari Regi, explicat c. 4.

Q. 94. *Quandonam licitum sit appellare à lege, vel supplicare contra illam.* R. Quando adest causa rationalis, nam potest lex ita esse incommoda & disconveniens moribus & consuetudinibus hujus aut illius etiam particularis provinciae, aut ita difficilis huic aut illi instituto, patriae, populo, ut executio in uno alterove loco rationabiliter suspendi, & acceptatio usque ad aliam informationem differri possit & debeat, uti habet communis cum *Suar. l. 4. c. 16. n. 7. Salas. Laym. Salas d. 13. s. 4. Bonac. d. 1. q. 1. pu. 4. n. 42.*, prudenter enim tum praesumitur, quod Superior nescierit vel non consideraverit difficultates, hinc si sit inferior legislator, licebit appellare ad Superiorem, si autem sit Supremus vel independens, poterit apud eum supplicari, ut legem tollat vel mitiget. Si tamen verisimile est legislatorem non ignorasse circumstantias & speciales rei praecipuae difficultates, communissima sententia est cum *Suar.* legem esse acceptandam, quamvis difficilia & dura praecipiat: multò minùs differri potest acceptatio, si non sogitetur de appellando vel supplicando, nec de proponendis causis, maximè si ideo raceatur, quia Legislator creditur non approbaturus rationes opponendas.

Q. 95.